

POSITIONES JURIDICÆ  
*De*

# DOMICILLIIS PAUPERUM,

*Germanice*

von Hospitälern;

Q V A S,

DIVINA ANNUENTE CLEMENTIA,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
D O M I N O

## L U D O V I C O,

DUCE WURTEMBERGIÆ AC TECCIÆ, COMITE MONTIS-  
PELIGARDI, DYNASTA HEIDENHEMII, &c. &c.

UNIVERSITATIS RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
AUTHORITATE ET PERMISSU

AMPLISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE,  
IN ILLUSTRIBUS EBERHARDINA,

P R Æ S I D E

DN. WOLFGANG ADAMO Lauterbach/ Jcto & P.P.

*Pro Summis in Utroque Jure Honoribus ac Privilegiis Doctorali-  
bus rite & legitime consequendis,*

Publicæ Disputationi sistit

### J O H A N N B R A U N,

Kilonio - Holfatus.

*Ad Diem Augusti, Anno 1676.*



Diss. jur. civ. Recusa. Literis JOH. CHRISTIANI HENDELII, 1718.

240,32

811.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110

110.110.110.110



## PROOEMIUM.



Constitueram quidem, ut,  
quod res est, fatear, SINGULAREM LEGEM  
ULTIMAM C. DE  
VENDENDIS RE-  
BUS CIVITATIS, paulo plenius  
resolvere, & ejusdem Resolutionem loco  
Inauguralis Disputationis publico Erudi-  
torum Examine subicere: sed, quo mi-  
nus id possem, multa obstiterunt; & con-  
ditio rerum mearum, postquam hic vix  
per aliquot dies substitissem, ita voluit,

A 2

ut

ut rursus de discessu cogitarem. Quare naucleros imitari cogor, qui, cum eo, quo cupiant, pergere non possint, eo, quo possunt, cursum dirigunt, ac sæpe, velificatione mutata, procellis ac tempestatibus obtemperant, ne, si cursum tenere velint, naufragium patiantur. Lubet autem sequentes Positiones de HOSPITALIBUS substituere, utpote a conditione mea, ut puto, haud alienas; Sit itaque, Bono cum DEO.

### POSITIO I.

**N**on tantum pium, sed etiam e re Reipubl. est, in illa, ad Pauperum miseriam relevandam, certa loca, certis redditibus dotata constituere, ac constituta conservare atque augere: nimirum Xenodochia, Nosocomia, Orphanotrophia, Ptochotrophia, Gerontocomia, & Brephotrophia, five Peregrinorum, ægrotantium, Orphanorum, Senum, expositorum Infantum, aliorumque pauperum Domicilia, five, uti communiter vocantur, Hospitalia, Arme Häuser / Siechen-und Lazareth-Häuser / Sündel-Häuser /

ser / und Spitalē oder Hospitāle. vid. rubr. & l. illud. 19. l. Sancimus. 22. & seq. 23. C. de SS. Eccles. l. Orphanotrophos. 32. & l. omnia privilegia. 35. C. de Episc. & Cleric. Novell. 131. c. 10. vid. etiam Speidel. in Specul. Juridic. Politic. voc. **Fündel-Häuser**. Befold. Thesaur. pract. d. voc. & ibi Dietherr. in addit. Petr. Gregor. Tholos. in Syntagm. jur. univers. lib. 15. cap. 28. num. 1. & seqq. Pacichell. in tract. de jure Hospitalit. lib. 4. cap. 1. & seqq. Quibus si adderet quis singulare egentium Viduarum, maxime Ministrorum Ecclesiæ, domicilium, non minorem meriturus esset laudem, quam beatissimæ memoriæ Vir, Zothicus, qui ratione Orphanorum primus hujusmodi civitatis officium invenisse dicitur in d. l. 35. C. de Episc. & Cleric. vid. Ordinat. Ecclesiastic. Gothana. cap. 5. §. ult. ubi constitutum, quod, mortuo Ecclesiæ ministro, statim, a reliquis totius Principatus Ecclesiæ ministris, & quidem a singulis dimidius thalerus colligi, & defuncti viduæ ejusdemque liberis, sequentibus vero annis singulis, ex Fisco noviter instituto, 10. thaleri exsolvi debeant.

## II.

Hospitalium institutio atque erectio præcipue ad Principum & Majorum Magistratum curam spectat. vid. dd. H. **Würtemb. Castenordnung. in presat. §. Und Uns derhalben von GOTT empfangenen und tragenden Ampts / und also von Obrigkeit wegen gebührt und zu- steht.** Speidel. d. tract. voc. **Armseelige Personen. vers. Vltimo circa pauperes notandum, quod alimenta egenis dare, & ne esuriant, prospicere debeant PRINCIPES.** Ubi in seqq. etiam varia ac laudabilia hujus rei refert exempla, & re-

sponsum Tiberii II. dicentis: Non deerit Fisco nostro, tantum pauperes eleemosynam accipiant; hic enim est magnus thesaurus. Et foecundus est ager pauperum, inquit Augustinus, cito reddit donantibus fructum. vid. etiam *Gothau. Kirch. Ordn. cap. 7. art. 3.*

## III.

Possunt tamen etiam privati ejusmodi Hospitalia extruere & instituere, ac aedes ad Hospitalitatem pauperum deputare, iisdemque de necessariis prospicere. Jacob de Graffis *decis. aur. cas. conscient. part. 2. lib. 3. cap. 28. num. 50.* Tusch. *in concl. pract. lit. H. concl. 157. num. 5. & concl. 156. num. 6.* Pauperum enim cura non tantum Reges & Principes attingit, sed singulos quosque e Christiano Populo; de quo etiam in sacris praecipua sunt frequentissima. vid. Speidel. *d. l. in fin.* Petr. Gregor. *Synagm. jur. univers. libr. 15. cap. 28. numer. 8.* ibi: *Paupertas miserabiles homines facit, eosque debiles, & proinde horum cura digna Christiano, & numm. seqq.* vid. Abb. Johan. Baptist. Pacichell. *de Jur. Hospitalit. univers. lib. 3. cap. 1. & lib. 4. cap. 1.* Unde etiam Elector Saxoniae, de Statu Ecclesiastico, in suo generali articulo 33. scribit: *Dieß weil von unsern Löblichen Vorfahren / und Frommen Leuten / an vielen Orten Hospitaler verordnet / und aufgerichtet / ic.* Idem igitur in der Fürstlichen Gothauischen Kirchen-Ordnung. *cap. 7. artic. 3. in princip.* ibi: *Stin-temahl auch von unsern Löblichen Vorfahren / und andern milden Stifftern / ic.*

IV. Sunt,

## IV.

Sunt, qui putant, Hospitale non posse erigi & institui sine autoritate Episcopi; adeo, ut si laicus institueret heredem cum onere Hospitalis intra annum à die mortis testatoris extruendi, sub pœna privandæ hereditatis; heres ille hereditate privari non posset, si ab Episcopo ejusdem rei licentiam impetrare non valeret; Speidel. *in Spec. voc. Spital. vers. Hospitale autem.* vid. Tusch. *concl. pract. lit. H. concl. 158. num. 3. & 15.* ubi refert Doctores, qui, ædes ad pauperes recipiendos sine Episcopali autoritate destinatas, non Hospitalia dicendas esse, scribunt. Verum alii, & quidem plurimi, ad Hospitale constituendum, non absolute Episcopi auctoritatem requirunt, sed tunc demum illam necessariam esse putant, si quis publicum, sacrum, religiosum, five Ecclesiasticum extruere & instituere destinasset. *per cap. Ad hæc. extra de relig. domib.* Cæterum, si quis citra Episcopi consensum & auctoritatem Hospitale erexisset, illud licitum & validum, sed prophanum, privatum, laicale, five seculare esse, scribunt, quod quilibet possit construere ad suum placitum. vid. *Novell. 131. cap. 10.* Jacob de Graffis *decis. aur. cas. conscient. part. 2. lib. 3. cap. 28. num. 50.* Tusch. *d. voc. conclus. 157. numer. 5. & conclus. 159. numer. 6.* Pacichell. *de jur. Hospitalit. lib. 3. cap. 1.*

## V.

Hinc Hospitalia communiter dividunt Doctores in Privata, Prophana, Laicalia five secularia, quæ citra consensum & auctoritatem Episcoporum sunt fundata; & Publica, Ecclesiastica, Sacra, Religiosa, Canonica,  
(pro-

(promiscuè enim in hac materia hisce vocibus utuntur Dd.) quæ Episcopali auctoritate sunt instituta & corroborata vid. Tusch. *dd. concl. Mascard. de probat. concl. 870.* Alexand. Ludowis. *decis. Rot. Rom. 4. num. 11. & seqq.* Pacichell. *de jur. Hospitalit. lib. 3. cap. 3.*

## VI.

Cum autem intersit, secundum Dd., scire, an Hospitalale Episcopali auctoritate sit erectum; Proinde, si de eo non constat, in casu dubio, Episcopalem auctoritatem intervenisse, atque Hospitalale publicum & religiosum esse, censent, si ibidem sacra publicè celebrantur, si habet nomen Sancti sibi appropriati, eines gewis-  
sen Heiligen und Patronen / vel alia similia signa, quæ refert Mascard. *de Probat. concl. 870. num. 1. & seqq.* Speidel *d. voc. Spital vers. cum intersit.* Flores Diez de Mena *lib. 2. pract. quest. 21. num. 175.* Jac. de Graffis *d. cap. 28. num. 44.* Pacichell. *lib. 3. de jur. Hospitalit. cap. 3. vers. inter conjecturas.* Ahasver. Fritsch. *Diatrib. Jurid. de jure Hospital. cap. 3. num. 2.* sed omnia separatim considerata catholica non sunt. Si verò ejusmodi signa non apparent, in dubio, Hospitalale prophanum, privatum, sive Laicale præsumi, post alios tradit Hieronym. Magon. *decis. Florent. 61. num. 15.* Quamvis si ejus constitutio memoriam hominis excedit, illud ecclesiasticum dicendum esse, non sine ratione arbitretur Trentacinq. *lib. 1. titul. de Rescript. Resol. 4. num. 7. vers. Primus est.* Gabriel. *lib. 6. tit. de pia causa. concl. 2. num. 6.*

## VII.

Illis in locis, in quibus Jus circa sacra est penes Prin-



Principes & Status Imperii seculares, quin illorum auctoritate etiam Publica & talia constitui possint Hospitalia, quæ cum illis, quæ Episcoporum consensu & licentiâ sunt erecta, eandem conditionem, qualitatem & prærogativam habeant, nulli dubitamus, per ea, quæ tradit I. O. Tabor *de Regim. Eccles. lib. 23. § Magnif. Dn. Myler. de Stat. Imper. cap. 82. num. ult. § cap. 88. num. 11. vid. Trentacinq. lib. 1. tit. de Rescript. § Privil. Resol. 4. num. 6. § 7. ibi: quando auctoritate Episcopi vel habentis potestatem.*

## VIII.

Hospitale, etiam publicum, Episcopali auctoritate fundatum, qua tale, non est beneficium Ecclesiasticum. vid. Clem. *ultim. de religios. domib. Mart. in digest. Noviss. tom. 6. tit. Hospitale, cap. 1. Speidel. d. specul. voc. Spital. vers. Hospitale autem. in fin. vid. omninò Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 15. cap. 28. num. 39. § 40. ubi in fin. refert, quod, ut Hospitale beneficium dici possit, quidam requirant, ut sit SPIRITUALISATUM. vid. Pacichell. *dict. tract. libr. 3. cap. 4. Nec locus sacer, Religiosus, aut Ecclesiasticus propriè dictus; ut ut Hospitalia indistinctè inter bona Ecclesiastica referantur in Instrumento Pacis Cæsareo-Suecico §. 5. num. 9. ibi: Hospitalia aliave bona Ecclesiastica.**

## IX.

Pia loca rectè dicuntur Hospitalia, & illorum causæ optimo jure piis annumerantur causis, eo, quod pietatis intuitu, & ad opera Pietatis misericordiæ atque Christianæ charitatis, ibidem exercenda sunt erecta atque instituta. vid. *l. sancimus 22. ibi: hujusmodi piis con-*

B

fortiis.

*fortis. l. 23. ibi: venerabilibus Xenonibus vel ptochotrophis. Sc. C. de SS. Eccles. l. 32. § 35. C. de Episc. § Cleric. Novel. 131. cap. 10. ibi: aut alterius reverenda domus. & paulò post: donec hujusmodi domus venerabilis expleatur. Aloys. Ricc. part. 3. collect. decis. 628. vers. infertur. vide Petr. Gregor. Syntagm. jur. univ. lib. 15. cap. 28. num. 8. & 9. ubi hujusmodi loca DOMVS DEI appellat, & pauperum procurationem DEI causam esse scribit per dictum Christi Matth. 25.*

## X.

Atque hoc ipsum verum esse putamus, non tantum de illis, quæ Episcopali authoritate sunt erecta; de quibus hoc ipsum Dd. docent ferè omnes: Flores Diez de Mena *lib. 2. quest. pract. 21. num. 179.* Sed etiam de prophanis & secularibus *arg. dd. ll. quæ indistinctè loquuntur, & ad pietatem, cujus intuitu & fine etiam hæc sunt constituta, magis respiciunt, quam ad Episcoporum authoritatem; cujus ibidem mentio fit nulla. vid. Württemberg. Land. Recht. part. 3. tit. 6. von privilegierten Testamenten ad pias causas §. 1. Zum Gottesdienst / Kirchen / Schulen / Spitäle / Armen-Kästen / Siechen- oder Lazareth-Häusern / ic. Trentacinq. lib. 1. titul. de Rescript. Resol. 4. num. 7. vers. Primus est. § seqq. Brunemann. ad l. illud. 19. de SS. Eccles. num. 6. ibi: Et quidem Hospitalia indistinctè esse pias causas, ex hac Lege, & quia pietatis opera ibi exercentur, tradit Tiraquellus. Aug. Barbof. ad l. Orphanotrophos. 32. C. de Episcop. § Cleric. n. 12. ibi: Notatur ad hoc, quod hospitale etiam sine Episcopali authoritate institutum, pium dicitur & religiosum, ac in-*

ter

*ter pias causas connumerandum ; & preced num. 11. ibi : ex eo, quod non sine violentia restringitur litera hujus textus ad ea hospitalia, quæ cum Episcopi auctoritate instituuntur. Vid. Flores Diez de Mena d. quest. 21. num. 179. & 181. ubi, hæc Hospitalia, dicit, quodammodo loca pia esse. Intelligimus autem hîc, & in seqq. hujusmodi Hospitalia perfectè constituta, ita, ut non amplius à privati arbitrio dependeant, ac libero ejus arbitrio mutari ac revocari possint, sed perpetuò talia sint & maneant. arg. l. 35. §. 3. ff. de hered. inst. vid. Trentacinq. lib. 1. var. Resolut. tit. de Rescript. Resol. 4. num. 7. vers. Primus est, quando mortuus est ille, qui Hospitale erexit ; nam tunc cum erigens non possit amplius pœnitere, nec illud revocare, & sic sit perpetuum, dicitur locus pius, & non amplius locus privatus. Flores Diez de Mena lib. 2. quest. pract. 21. num. 181. ibi: mortuo fundatore. vid. Pacichell. dict. tractat. de Jur. Hospitalit. lib. 3. cap. 2.*

## XI.

*Ex dictis suâ sponte sequitur, Hospitalia omnia, etiam citra Episcopi auctoritatem constituta, piarum causarum Privilegiis gaudere. Flores Diez de Mena d. quest. 21. num. 179. ibi : si tamen non constat de tali auctoritate, nam præsumimus ex signis supra adductis, quæ tunc necessaria sunt, ut si ea non habeat, & per seculares regatur, erit seculare & prophanum; licet mortuo fundatore, quodammodo sit locus pius, & quamvis non sit locus religiosus, gaudet tamen privilegiis piæ causæ. Trentacinq. d. lib. 1. titul. de Rescript. Resolut. 4. num. 7. vers. pro qua conclusione. in fin. ibi: & ideo habet tale hospitale ea privilegia, quæ habet pia causa.*

B 2

XII. Ho-

## XII.

Hospitalia religiosa, five publica, omnia Ecclesiarum privilegia habere, constans & concors est Dd. sententia. *per. l. Omnia privilegia. 35. C. de Episcop. & Cleric.* Flores Diez de Mena *d. quest. 21. num. 179. & 181.* Trentacinq. *d. lib. 1. tit. de Rescript. Resolut. 4. num. 1.* Besoldus. *in Thesaur. pract. voce Spital. in princ. ibi: Hospitale dicitur venerabilis & pius locus, sicut Ecclesia, & ideo omnia privilegia concessa Ecclesiis, ad Hospitalia & alia loca pia extenduntur.* Christin. *vol. 2. decis. 15. num. 5.* Carpovius *I. P. Consistor. lib. 1. def. 92. num. 1. & seqq.* Imò hujusmodi Hospitalia, Ecclesiis & illarum causis favorabiliora esse, consuluit Ruin. referente Trentacinq. *d. Resol. 4. num. 2. in fin.* Gabriel. *lib. 6. tit. de pia causa. conclus. 2. num. 3.*

## XIII.

An verò idem dicendum sit de Hospitalibus prophanis, perfectè tamen constitutis, & perpetuis, (de hisce enim tantum hîc agimus) diversæ sunt Dd. sententiæ. Plurimi negativam amplectuntur, uti videre est apud Trentacinq. *d. Resolut. 4. num. 7. vers. Prima est.* Speidel. *in specul. voc. Spital. vers. Hospitale autem.* Pacichell. *de jur. Hospitalit. lib. 3. cap. 3. fere in fin.* Affirmativam tamen de jure veriore esse, evincere videtur *d. l. Omnia privilegia. 35. C. de Episcop. & Cleric.* quæ indefinitè, & sine distinctione inter Hospitalia cum, vel sine Episcopi autoritate constituta, Ecclesiæ prærogativas & privilegia, præsentia & futura, ad Hospitalia extendit. vid. *preced. pos. 9.* Atque huic sententiæ etiam favet Trentacinq. *d. Resolut. 4. num. 7. & alii ibidem citati*

*dati Dd. Barbof. ad l. Orphanotrophos. 32. C. de Episcop. & Cleric. num. 11. & seq. 12. Gabriel. lib. 6. tit. de pia causa. conclus. 2. num. 7. & 8. Tiraquell. tract. de privileg. pia causa in prefat. §. sed alii indistincte. vid. Flores Diez de Mena, lib. 2. quest. pract. 21. num. 180. ibi: absque ulla distinctione Hospitalia sunt Episcopis subdita &c. & paulo post: Imo, etiam in Praxi, excepta immunitate, de qua infra, semper gaudent privilegiis Ecclesiarum. Consentit Fritsch. dict. tractat. cap. 7. §. 3. Neque necesse est, ut hodie hujusmodi Hospitalibus immunitates & Hospitalium privilegia specialiter à Principibus ac aliis superioribus impertiantur, cum jamjam illas habeant ex veterum Imperatorum constitutionibus.*

## XIV.

Ex præmissis inferunt & concludunt Doctores, quod Hospitalia immunitatem habeant Ecclesiasticam à collectis, vid. Klock. *de contrib. c. 12. n. 58. & seqq.* vid. Aloyf. Ricc. *part. 4. collect. dec. 1097. & part. 3. collect. decis. 648. & Gabellis; Joan. Gutier. tract. de Gabell. cap. 95. n. 1. & seqq.* Flores Diez de Mena *lib. 2. quest. pract. 21. num. 181.* Pacichell. *tr. de jure hospital. univ. lib. 3. cap. 6. p. 161.* nisi extremæ necessitatis causa sint impositæ. Unde à collectis & Gabellis Turcicis non excusantur Hospitalia. Reichs-Abesch. zu Speyer *de Anno 1542. §.* Und zu diesem Christlichen milden Werck sollen auch alle Stiff und Spital / sie seyn in Stätten oder anders wo / *re. & de Anno 1545. eod. §. Item. de Anno 1582. §.* Und demnach. *ibi:* Auch die vermögende Hospitalien / und was dergleichen mehr / *re.* unverhindert alle Verträge. In Provinciis Belgicis,

gicis, licet superiori seculo status Ecclesiasticus fere in totum sit mutatus, ita, ut hodiè vix vestigia extent immunitatum Ecclesiasticarum ; Hospitalia tamen immunitate impositionum, quas appellant *Imposten & Accysen* / etiamnum gaudere, & illorum agros, quos ante annum millesimum sexcentimum quartum possederunt, annuo tributo non onerari, testatur Simon à Gröneweg. *ad auth. Cassa. C. de SS. Eccles. num. 5. & 6.* In Galliaè meditullio dictam immunitatem non per omnia servari, refert Pacichell. *d. cap. 6. pag. 161.*

## XV.

Prætereà etiam immunitatem habent ab onere metatorum Hospitalia ; *l. 35. C. de Episc. & Cleric. I. O. Tabor de metat. part. 2. cap. 3. num. 9. & part. 3. cap. 3. art. 2. sed non Hospitalarii in propriis illorum bonis. I. O. Tabor dict. art. 2. num. 1.*

## XVI.

Hospitalibus Dd. tribuunt etiam Jus Asyli ; Pacichell. *dict. cap. 6. pag. 162. & 163.* quod tamen de consuetudine, ne delinquentes Justitiæ manus evadant, non servatur, uti testatur Jul. Clar. §. *fin. quest. 30. vers. scias autem.* & Carpzov. *Prax. Crimin. part. 3. quest. 110. num. 91. & seqq.* nisi unum vel alterum illud ex speciali privilegio acquisiverit, & adhuc in viridi observantiâ retinuerit ; uti Hospitalia in Imperiali Civitate Biberacensi ; in quo adhuc hodie asylum habent homicidæ, qui præter voluntatem aliquem interfecerunt, uti præter

ter

ter experientiam testatur Philipp. Knipschilt. *in tract. de Jur. & Privileg. Civit. Imper. lib. 3. Cap. 4. num. 5.*

## XVII.

In ultimis quoque voluntatibus Hospitalia varia habent privilegia: v. gr. quod ex ultimo elogio coram duobus testibus, condito accipiant hereditatem, legata, seu fideicommissa, *arg. c. relatum. ii. extra de testament.* Imo in foro Würtembergico ex scriptura testatoris manu absque testibus exarata, vel subscripta; **Würtemberg. Land-Recht. part. 3. tit. 6. §.** Und erstlich, etiamsi testator lege prohibitus alias testari non possit; *dict. tit. 6. & testamentum*, in quo legata Hospitali relicta, ob præteritionem liberorum ipso jure nullum sit; **Würtembr. Land-Recht. dict. tit. 6. §. desgleichen. pag. 348.** Vel destitutum; ex quo nimirum hæreditas non fuerit adita. **Würtemb. Land-Recht. dict. tit. 6. §. hiebeneben. & tit. seq. 24. §. wann aber. pag. 217.** quam sententiam plurimi etiam de jure communi veriores esse existimant. vid. Vincent. Fusar. *de substit. quest. 566. num. 3.* Franc. Barry *de success. lib. 10. titul. 13. num. 14.* Zepper. *de Codicill. cap. 4. num. 139.* Mev. *ad Jus Lubec. part. 2. titul. 1. artic. 13. num. 30.* Neque heredes hisce Legatis vel Fideicommissis Hospitalibus relictis quartam Falcidiam aut Trebellianicam detrahere possunt. *arg. Auth. similiter. C. ad L. Falcid.* Aloyf. Ricc. *part. 3. collect. decis. 648.* Trentacinq. *lib. 1. titul. de Rescript. Resol. 4. num. 4.* Gabriel. *lib. 6. titul. de pia causa. conclus. 2. num. 15.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 4. titul. 5. articul. 6. num. 4.* Pacichell. *d. lib. 3. cap. 6. pag. 176.* vid. Tiraquell. *de privileg.*

dileg.

*vileg. pia caus. privil. 26.* Porro legatum indistinctè ad  
 pias causas relictum potest etiam solvi Hospitali. Ga-  
 briel. *conclus. 2. num. 18.* arg. eorum, quæ supra posit. 8.  
 9. & 10. sunt dicta. Multi Hospitalibus heredibus in-  
 stitutis etiam Inventarii beneficium tribuunt, ne scil.  
 ultra vires hereditatis teneantur, licet inventarium non  
 confecerint. Ricc. *part. 4. collect. decis. 1097.* Mascard.  
*de probat. conclus. 869. num. 20.*

## XVIII.

Verum ab intestato Hospitalia nec alumniis suis,  
 & qui in illis sunt educati, succedunt. vid. *l. 10. & seq.*  
*Auth. omnes Peregrini. C. comm. de success.* Et hi quoque  
 de rebus propriis, si quas habent, libere disponere pos-  
 sunt. Pacichell. *dict. tract. lib. 3. cap. 6. pag. 163. & seq.* vid.  
 Boër. *decis. 20.*

## XIX.

In donationibus inter vivos Hospitalibus factis,  
 insinuationem non necessariam esse, licet 500. solidos  
 excedant, imo cujuscunque etiam valoris sint, commu-  
 nis est Jctorum & Theologorum Pontificiorum opi-  
 nio. Molin. *de Just. & Jur. 2. Disp. 279. n. 3.* Christoph.  
 Haunold. *de Jur. & Just. tom. 3. tract. 19. cap. 2. num. 155.*  
 Cardin. Lugo *de Just. & Jur. disp. 23. sect. 10. num. 159.*  
 post Tiraquell. Perez. Clar. & alios Barbos. *ad d. l. 19.*  
*C. de SS. Eccles. num. 3.* Contrariam tamen sententiam,  
 ut de jure veriore, sequitur & defendit Carpz. *JPr.*  
*Forens. part. 2. constit. 12. defin. 13. per l. sancimus. §. ultim.*  
*vers. tantoque C. de donat. l. 19. C. de SS. Eccles.* vid. etiam  
 Brun-



Brunneman. *ad dict. l. 19. § d. l. sancimus, 34. C. de donat. num. 11. & seqq.*

## XX.

Porro hujusmodi donationem Hospitalibus factam, & acceptam, (nondum enim acceptam revocari posse, communis & magis recepta est sententia. Barbof. *in l. illud. C. de SS. Eccles. num. 16. & 17.*) ob liberorum supervenientiam tantum quoad legitimam revocari, tradit Gerhard. Maynard. *in decis. Tholos. lib. 5. decis. 41. num. 3.* quod tamen alii non sine ratione in dubium vocant, quos citat Maynard. *d. decis.*

## XXI.

Hospitalia usuras ultra alterum tantum exigere posse, defendit, & præjudicio confirmat Carpzov. *lib. 4. Resp. 49.* vid. J. O. Tabor. *tract. de altero tanto. part. 3. artic. 7. §. 5.* Dissent. Christoph. Philipp. Richter. *decis. 74. n. 88.* ubi etiam contrarium Jctorum Jenensium Responsum refert. In Electoratu Saxoniae, in concursu creditorum, usurae regulariter cum sorte non eadem gaudent prærogativa; In hospitalibus vero aliud obtinere, docet Carpz. *d. lib. 4. Resp. 46.*

## XXII.

Hospitalibus Doctores communiter tacitam hypothecam tribuunt in bonis Hospitalariorum, post Negus. Rodriquez & alios, Merlin. *de jur. & Privileg. Credit. cap. 4. sect. 1. num. 99. & seqq.* Carpzov. *I. P. For. part. 1. const. 28. def. 115.* quamvis specialis juris Civilis dispositio, quæ ad tacitam hypothecam requiritur, (vid.

C

l. 1.

l. 1. C. comm. de legat. Bachov. de pign. lib. 1. cap. 9. num. 2. & 4. Carpzov. d. I. P. For. part. 2. const. 24. def. 15. in fin.) hic deficiat; Ob quam ipsam causam, Hospitalibus in aliorum debitorum bonis tacitam hypothecam competere, negant Merlin. dict. lib. 3. quest. 13. Carpzov. d. const. 28. def. 116. Richter. d. sect. 1. num. 112. & seqq. Berlich. part. 1. conclus. 67. num. 51. Elector Saxoniae Hospitalia tanto favore digna judicavit, ut iisdem, non tantum in bonis Administratorum suorum, sed omnium debitorum tacitam concesserit hypothecam, in Ord. Process. Jud. tit. 45. §. Weil wir aber dennoch. Carpzov. dict. def. 116. in fin. Et Serenissimus Legislatur Würtembergicus, iisdem, in bonis Hospitaliariorum, quoad illorum residua, die Rechnungs Rest / tantam concessit praerogativam, ut post sumptus funebres, & famulorum mercedes, omnibus creditoribus, etiam ipsius Principis Fisco praeferantur. Würtemberg. Casten-Ordnung. §. wo auch die Casten-oder Spital-Meister. pag. 352. Würtemberg. Land-Recht. part. 1. tit. 75. §. Wo ein Casten. pag. 210. vid. etiam §. fin. tit. 8. part. 2. Würtemberg. Land-Recht. pag. 263. Concordat Jus Lubecense, hujusmodi praerogativam extendens ad omnia ejus debita activa; vid. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 12. num. 43. quod secus est in Foro Würtembergico. vid. Besold. ad d. I. P. W. disp. 1. tb. 146.

## XXIII.

Causae Hospitalium controversae, jure Canonico, ad Judicem Ecclesiasticum, cui hoc jure omnia subsunt pia loca, pertinere dicuntur, per cap. 2. de Jud. c. 3. extra de relig. domib. Pacichell. d. tr. lib. 3. cap. 6. pag. 168. ubi tamen

tamen cum multis aliis hoc restringit ad Hospitalia Episcopi auctoritate erecta: nisi contrarium aliquo in loco consuetudine sit receptum. Pacichell. *d. l. pag. 169.* ubi in Sicilia etiam causas Ecclesiasticas ad Judicem Laicum pertinere refert. In terris Evangelicis, Hospitalium causas à potestate Ecclesiastica exemptas esse, tradit Speidel. *in Specul. voce Spital. in fin.* In quibusdam tamen locis illorum causæ tractantur in Consistoriis Ecclesiasticis, atque sic pro mixtis habentur. Unde etiam in quibusdam Provinciis Evangelicis de Hospitalibus agitur non in Ordinationibus Provincialibus, in denen *Lands-Ordnungen/* sed in Ordinationibus Ecclesiasticis, in denen *Kirchen-Ordnungen/* vid. *Würt. Casten-Ord. pag. 352. §. wo sich auch etwa. ibi: Zur Kanzley den verordneten Kirchen-Rähten zu schicken/ und darauß Bescheid und Befehls erwarten.*

## XXIV.

Privilegio fori, miserabilibus personis in *l. un. C. quand. Imp. int. Pupill.* concessio Hospitalia gaudere, recte asseritur. vid. Mart. *in Digest. noviss. tom. 6. titul. Hospital. cap. 9.* Aloys. Ricc. *part. 4. collect. decis. 1094.* Pacichell. *d. cap. 6. pag. 168.*

## XXV.

Causas Hospitalium, tanquam pias, summariter tractandas esse, contra Pacichellum, post Tiraquellum & Mastrillum, docet Jacob Schultes *Observ. forens. 3. num. 141.* & in illis etiam Reum Hospitali agenti ad instrumenta edenda teneri, post multos à se allegatos Dd. tradit Berlich. *part. 1. conclus. 45. num. 42.*

C 2

XXVI.

## XXVI.

Porro possunt Hospitalia, perinde ut Ecclesiæ, impetrare Restitutionem in integrum; *arg. cap. 1. extra de rest. in integr. c. 1. & 2. eod. tit. in 6to. Clem. un. tit. eod. junct. l. omnia Privilegia. C. de Episc. & Cleric. Paul. Christianæ. vol. 2. decis. 15. n. 2. Carpz. lib. 5. Resp. 52. num. 19. 38. & seqq.* etsi citra auctoritatem Episcopi sint constituta; uti hoc, contra dissentientes, defendit Sfort. *Odd. tract. de restit. part. 1. quest. 3. art. 6. Trentacinq. d. Resolut. 4. num. 2. & seq. 7.* modo illorum læsio probetur; *Aloys. Ricc. part. 4. coll. decis. 1097. vers. intellige. vid. Carpz. d. l. num. 40.* etiam ad hereditatem aditam repudiandam. *Franch. decis. 182. num. 2.* Hinc, si Hospitale, pro certa pecuniæ depravatorum nummorum summa, aliquem, ad dies vitæ alendum, recepisset, **Einen Pfrundner** / ac inde maxime læsum esset, in integrum restitutionem petere posset. *vid. Speid. in Spec. voc. Pfrund / Pfrund - Rauff.* Minime vero ob illam læsionem, quæ venit ex incerto eventu, *wenn der Pfrundner / ultra communem humanæ vitæ terminum, gelebet hätte / und hundert oder mehr Jahr alt geworden wäre*; uti hoc ostendit *Annæus Robertus rerum judic. lib. 4. cap. 2. & alii citati à Klock. de Arario lib. 2. cap. 20. num. 11. & seqq. Knipschilt. de Civit. Imper. lib. 2. cap. 6. num. 92.* maxime, cum nec heredes Recepti de læsione queri possint, licet ipse intra paucos dies, post ejusmodi contractum, mortuus esset. *Joan. à Sande. lib. 3. decis. Frisic. tit. 4. def. 17. vid. Gail. 2. Obs. 8.*

## XXVII.

In præscriptionibus quoque Hospitalia, æque ac Eccle-

Ecclesiæ, hanc habent prærogativam, ut quadragenaria fruantur præscriptione. Auth. *quas Actiones. C. de SS. Eccles. Nov. 131. cap. 6.* Berlich. *part. 2. conclus. 7. uum. 1. & seqq.* Carpz. *I. P. For. part. 2. const. 5. def. 1. & seqq.*

## XXVIII.

Hospitalia in genere sunt domicilia Pauperum. Unde regulariter, ex pietate & commiseratione in illa veri tantum pauperes sunt recipiendi, qui non habent, unde vivant, nec laborando victum & amictum acquirere possunt, nothdürfftige Arme / gar nicht aber die Faulenzer / böse Streiffer / Landtrocken und leichtfertige Buben. *Ord. Imp. Polit. de Anno 1548. & 1577. tit. 27. in fin. vid. Würt. Casten-Ordn. in præfat. pr. & cap. 2. §. Erstlichen. ibi: die mit tieffer Armuth / Alter / oder sonst mit schwerer Leibs-Kranckheit dermassen beladen / daß sie nicht mehr arbeiten oder dienen mögen / und sich ihr tag Fromlich / mit treuer Arbeit oder Diensten gehalten. & paulo post: Daß die Spital allein solchen Armen zu Trost fundirt / ic. vid. etiam das Fürstl. Magdeburg. Visitations-Decret, de An. 1656. quod refert Ahasver. Fritsch. de Jure Hospital. cap. 4. num. 9. ibi: In solche arme Häuser sollen fromme und ehrliche Leute / welche das ihrige nicht verprasset / noch sich darumb muthwillig und leichtfertiger weise gebracht haben / sondern sich bey gesunden Tagen wohl genehret / und ohne ihre Ursache ins Verderben gerahen / ic. Jedoch / daß hierinnen gute Bescheidenheit gebranchet / damit nicht etwan hierdurch die sentige / so des Spitals nothwendig bedürffen / außgeschlossen werden mögen / und derhalben noth leiden müßten.* Churfürstl.

fürstl. Sächs. General-Articul. *de Stat. Eccles. artic. 33. §. Sum Neunten.*

## XXIX.

Licet autem in Hospitalia ex commiseratione & pietate regulariter tantum Pauperes sint recipiendi : fit tamen, ut in illa, ex contractu victualitio, & pro certa pecuniæ summa, etiam recipiantur illi, qui adhuc propria habent bona, unde sese sustentare possent; cujusmodi contractum in se justum esse, ostendit Annæus Robertus, *rer. judicat. lib. 4. cap. 2.* & alii citati à Klock. *de Ærario lib. 2. cap. 2. num. 11. & seqq.* Knipschilt. *de Civit. Imp. lib. 2. cap. 16. num. 92.*

## XXX.

Cum autem quædam Hospitalia non in genere, pro omnibus Pauperibus, sed tantum pro certa illorum specie, v. gr. pro Senibus, vel Orphanis, vel ægrotis, vel expositis infantibus, sint constituta; proinde in illorum receptione lex foundationis erit inspicienda & custodienda. Si vero in illa nulla reperitur ejusmodi restrictio & determinatio, in ejusmodi Hospitale, nulla ætatis aut alterius conditionis ratione habita, omnes pii & veri pauperes erunt recipiendi. Hinc, licet dicatur, quod onus alendi expositos infantes pertineat ad Magistratum, qui in illo loco merum habet Imperium: si tamen in illo adesset Hospitale, cujus redditus ad ejusmodi infantes alendos sufficerent, in illud hosce infantes recipiendos esse, docet Carpzov. *I. For. part. 4. constit. 4. definit. 10.*

## XXXI.

## XXXI.

Regulariter, in Hospitalia, etiam publica, si aliud in illorum fundatione non est constitutum, recipiuntur tantum pauperes illius Civitatis, in qua ipsa sunt erecta. vid. *Ord. Imp. Polit. de Anno 1548. § 1577. titul. 27. §. 1.* ibi: Item daß auch die Obrigkeit Vernehmung thue / daß eine jede Statt und Commun ihre Arme selbst ernehre und erhalte. *Württemberg. Casten-Ordnung. cap. 2. §. 1. pag. 331.* ibi: Wo dann solche Arme in einer Statt / da ein Spital ist erfunden / ic. Et si in Hospitali aliquo, die 1. Januarii Anno 1624. Pauperes Religionis Catholicæ, & Confessionis Augustanæ promiscuè vixerunt, etiam in posterum promiscuè, eodem prorsus numero, qui illa prima die Januarii ibidem repertus fuit, vivere debent. *Instrum. Pac. Cæsareo-Suecico, §. 5. vers. omnia quoque.* ibi: *in quibuscunque.* vid. etiam *seq. vers. sive autem Catholici.* vid. *der Statt Biberach Executions-Recess.* apud Knipschilt. *tract. de Civit. Imper. lib. 3. cap. 4. num. 10. pag. 735.* ibi: Dergleichen Meinung es auch in andern und besonder mit denen *Alumnis* hat / so von beeden Religionen in dem Hospital alhier in der Knechts- und Kinds-Stuben unterhalten worden / daß nemlich die *Observanz* des 1624ten Jahrs in acht zu nehmen und darbey zu lassen.

## XXXII.

Ut Hospitalia, illorumque bona, recte, fideliter scil. & diligenter, administrantur, committenda est illorum cura & administratio Providis, idoneis, & boni testimonii Viris, qui sciant, velint & valeant,

leant,

leant, loca ipsa, bonaque eorum, ac jura utiliter, ac illorum reditus & proventus in personarum miserabilium usum fideliter dispensare, & quos in usus alios bona praedicta convertere praesumptio verisimilis non existat; *Clem. 2. vers. ut autem, de religios. domib. qua in genere de Hospitalibus est intelligenda. Marta. in Digest. noviss. tom. 6. tit. Hospitalis. c. 6. Aloys. Ricc. part. 3. collect. decis. 648. vers. infertur septimo. Fürsichtige / Gottsförchtige / Erbare / und Redliche Männer / die dem Wort Gottes anhängig / die ein gut Bezeugnuß bey Jederman haben. Würt. Casten-Ordnung. cap. 3. pr. pag. 343. die auch der Verwaltung und Haushaltung bericht / und den Armen auß Christlicher Treue und Liebe geneigt seyn. Chur-Sächsische General-Articul 33. Gothauische Kirchen-Ordn. cap. 7. art. 3. etiam personis Secularibus & Laicis; Speidel. voc. Spital. ibi: *nam Laici sunt capaces Hospitalis religiosi, cum in eo requiratur sollicitudo rei familiaris.* & in Civitatibus mixtae religionis, Evangelicis quoque, vid. der Statt Bibrach Executions-Recess de Anno 1649. ap. Knipschilt. d. lib. 3. cap. 4. pag. 734. ibi: In Erwägung aber man diß Orts einig und allein von der Administration solcher Pflügen / welche von dem Magistratu Politico dependiren thären / handeln thue / ist es an Seiten der Commission endlich dahin gestellt verblieben / daß ermelte Administration der Spital- und Pfarr-Pfleg von beeder Religions Verwandten in gleicher Anzahl verwaltet ic. Dicuntur autem hujusmodi administratores communiter & in genere Hospitalarii, Spital-Pflegere / Verwalter / Vorsteher / ic. in specie, secundum Hospitalium Ordinationem, Orphanotrophi, Brephotrophi, Ptochotrophi, Nosocomi, &c. vid.*



vid. l. 32. & 35. C. de Episc. & Cleric. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Jur. univers. lib. 15. cap. 28. num. 3. & seqq. quorum officium etiam dicitur pium & religiosum in d. l. Orphanotrophos. 32. & 35. Ein Gott sonder gefällig Werck/Ampt und Dienst. Würt. Casten-Ordn. cap. 3. §. wann und so oft.

## XXXIII.

Eliguntur autem & constituuntur Hospitalarii ab illis, qui hoc jus habent vel ex Hospitalis fundatione, vel loci ordinatione aut consuetudine, arg. clement. quia contingit. 2. de religios. domib. Nov. 131. cap. 10. In Ducatu Würtembergiæ à Præfectis & Judicibus, von den Amptleuten und Gerichten. Würt. Casten-Ordn. cap. 3. §. wann und so oft. In Principatu Gothano, von den Unter-Gerichten/ oder des Orts Superintendenten oder Adjuncten/ Beamten/ Berichts-Herren/ oder Statt-Rath. vid. Gothauische Kirchen-Ordn. cap. 7. art. 3. In Civitate Imperiali Biberacensi, à Magistratu Politico, d. Recept. Execution.

## XXXIV.

Electi Hospitalarii, primo omnium de diligenti & fideli administratione, ad exemplum Tutorum & Curatorum, juramentum præstare, clem. quia contingit. 2. de Religios. domib. vid. Würt. Casten-Ordn. cap. 3. pag. 344. & seq. ubi etiam formula hujusmodi juramenti habetur. Ord. Eccles. Sax. Gothan. cap. 7. art. 3. ibi: ordentlich erwöhlet und in Pflicht genommen werden. Inventarium legitime conficere, l. Orphanotrophos. 32. C. de Episcop. & Cler. ibid. Barbos. & Brunnem. Clem. quia contingit. 2. de relig. domib. Würt. Casten-Ordn. d. cap. 3. pag. 345. d. Ord.

D

Go-

Gothan. *d. art. 3.* atque quibusdam in locis etiam cavere debent. *d. Ord. Eccles. Gothan. art. 3.* ibi: genungsamem Vorstand und Versicherung leisten. Würt. Casten-Ordn. *d. cap. 3. pag. 344. in fin.* ibi: bey Verpfandung euer selbst eigenen Güter / ligender und fahrender.

## XXXV.

Præcipua officii Hospitalarii pars est, ut pia & paterna quasi affectione curet, ut Pauperibus, juxta fundationis normam & formam, ac Inspectorum ordinationem, necessaria atque destinata præbeantur, nec minimum quidem iisdem detrahatur. *Clem. quia contingit. 2. de religios. domib. d. Ord. Eccles. Gothan. cap. 7. artic. 4.* ibi: Sollen mit fleiß daran seyn / daß den Armen / auff welche die Gefälle und Einkunfften der Hospitalien gewiedmet / jederzeit dasjenige / so ihnen gebühret / und von den *Inspectorn* verordnet / getreulich / und ohne Abbruch und Verzug gereicht / ic. In Civitatibus mixtæ Religionis, **AEQUALITER**, nulla habita religionis differentia, alumni sive Catholici, sive Aug. Conf. sint. *d. Biberacens. Recept. Execut. §. In Versorgung der Dürfftigen.* Pars Sacrilegii esse dicitur, rem pauperum non dare Pauperibus. Hieronym. Et tanto majus & scelestius est crimen in hujusmodi officium admissum, quanto DEI prætextu pietatis & misericordiæ videtur adumbratum, scribit Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 15. cap. 15. num. 8.*

## XXXVI.

Hospitalarii administrationem ad instar Tutorum & Curatorum habere dicuntur; vid. *Clem. quia contingit. de*

*de relig. domib. l. Orphanotrophos. 32. C. de Episc. & Cler. ibi Barbof. num. 7. & propterea, illos etiam ea facere posse, dicitur, quæ alias speciale requirunt mandatum; Magon. decis. Flor. 61, num. 8. Et si in judicio Hospitalis nomine agunt, immunes sunt à judiciali satisfactione. d. l. Orphanotrophos, 32. C. de Episc. & Cler. ibi Barbof. n. 1.*

## XXXVII.

Possunt Hospitalarii etiam res mobiles, maxime frumenta ac vina, aliasque res, quæ servando servari non possunt, bona fide vendere ac alienare; *d. l. Orphanotrophos. Sande. tract. de probib. rer. alienat. cap. 7. §. 1. num. 4. sed in Ducatu Würtembergiæ non aliter, quam Præfectorum & Judicum consilio & consensu. Würt. Cassen-Ordnung. d. cap. 3. pag. 345. & 351. in princ. Idem legitur in dem Chur-Sächsischen General artic. 33. §. Zuni dritten.*

## XXXVIII.

Res Hospitalium immobiles, & quæ illis æquiparantur, Hospitalarii alienare non possunt, nisi adsint, & observentur ea, quæ in ejusmodi rebus Ecclesiasticis sunt necessaria; *arg. l. 14. junct. seq. Auth. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. l. omnia privilegia. 35. C. de Episc. & Cleric. Trentacinq. lib. 1. titul. de rescript. Resol. 4. Nimirum, ut l. justa adsit alienationis causa, & vel necessitas eandem urgeat, vel Pietas, Hospitalis utilitas, aut ejusdem incommoditas ipsam suadeat, Joan à Sande tract. de probib. rer. alienat. cap. 7. §. 2. Klock. 1. conf. 35. num. 36. simulque*

II. Juris solennitates observentur; quæ aliæ sunt de jure Civili; vid. *Novell. 120. cap. 10.* aliæ vero juris Canonici; de quibus Joan à Sande *dict. cap. 7. §. 3.* Frantzk. *in Comment. π. tit. de contrab. empt. num. 134. & seqq.* Knipschilt. *de Civit. Imp. lib. 5. cap. 9. num. 3. & seqq.* Hodie tamen, etiam in terris Pontificiorum, illas solennitates non ita stricte & accurate observari, nec ob illarum omissionem ejusmodi alienationes bona fide factas, facile impugnari, post alios à se allegatos Dd. refert Carpzov. *dict. Respons. 52. num. 25. & seqq.* maxime *num. 53.* vid. Barbof. *in Auth. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. num. 7.* & ibi Brunneman. *num. 14. Christinæ. vol. 5. decis. 173. num. 17.* adeo, ut si de utilitate alienantis Ecclesiæ, vel Hospitalis, constet, illa subsistat, etsi consensus Superiorum non intervenerit, nec aliæ solennitates adhibitæ fuerint, Klock. *dict. conf. 35. num. 29.* Brunnemann. *dict. l. num. 16.* In terris Evangelicorum Statuum, Episcoporum consensum non necessarium esse, extra controversiam est. vid. *Instrum. Pac. Cesar. Suevic. §. 5. vers. Jus Diœcesanum. 16.* quod etiam testatur Speidel. *in Specul. voc. Spital. in fin.* Illius tamen loco intercedere solet Principum, aliorumque Statuum Evangelicorum consensus. Carpzov. *dict. Respons. 52. num. 33.* vid. Simon Grænewegen. *ad l. 14. C. de SS. Eccles. num. 2. & seqq.*

## XXXIX.

In Ducatu Würtembergiæ, Hospitalarii, in omnibus gravioribus negotiis, cognitionem, consilium & consensum Præfeclorum & Judiciorum adhibere jubentur; In der Cassen-Ordnung. *cap. 3. pag. 352. §. wo sich auch etwann.* simulque, bona immobilia, oneribus publicis

blicis subjecta, & in territorio Württembergico sita, Hospitali emendo, permutando, vel alio simili modo comparare prohibentur. *Würtemb. Casten-Ordnung. pag. 352. & seqq.* ubi etiam hujus prohibitionis ratio additur.

## XL.

Hospitalarii tenentur singulis annis administrationis suæ rationes reddere, *Ord. Imper. Politic. de Anno 1548. & 1577. titul. 27. Clem. quia contingit. de relig. domib. Würt. Casten-Ordn. cap. 3. §. Zum andern. Munoz. de Escobar. de ratiociniis. cap. 3. num. 7.* & quidem illis, quibus Hospitalia illa subsunt. *dict. clem.* Multis in locis, etiam præsentem Ecclesiæ Ministro, *Würt. Casten-Ord. pag. 350. ibi: Auch des Pfarrherrn selbigen Orts. Chur-Sächs. General-Articul 33. §. Zum dritten/ ibi: In Gegenwart des Pfarrers.*

## XLI.

Cum autem passim maximæ extent querelæ de neglecta & minus fideli Hospitalium administratione, *vid. clem. quia contingit. ibi: proventus eisdem in usus suos damnabiliter convertentes. de religios. domib. Chur-Sächs. General-Articul. 33. in princ. ibi: Darzu mit den Hospital-Gütern unfleißig / verdächtig / unterwlich und eigenmächtig gehandelt / ic. proinde, etiam in ipsa Imperii Ordinatione Politica, de Anno 1548. & 1577. tit. 27. sancitum, quod Hospitalia, ad minimum semel in anno vi-*

fitari debeant; ibi: Eine jede Obrigkeit soll auch an Orten / da Spital sind / daran und darob seyn / daß solche Spital fleißig unterhalten / und gehandhabt / der Verwalter oder Spitalmeister Rechnungen jährlich abgehört / auch die Spital auffß wenigst im Jahr einmahl von der Obrigkeit visitiret / und ihre Nutzung und Gefälle zu keinen andern Sachen / dann allein zu Unterhaltung der nothdürfftigen Armen / und zu gütigen barmherzigen Sachen gefehrt und gebraucht werden.

## XLII.

Jus Hospitalia visitandi primo omnium illis competit, quibus in illorum fundatione & erectione illud est datum & concessum. *d. Clem. quia contingit. Alex. Ludowif. decis. Rot. Rom. 4. Farinac. tom. 2. decis. Rot. Rom. 30.* ubi docent, jus visitandi illis non videri datum, quibus Hospitalis defensio & protectio saltem est commissa. Si vero de hoc in ipsis foundationibus nihil definitum, tunc Hospitalium, tanquam piorum corporum, visitationem, locorum Episcopis, in quibus sunt constituta, competere, communis est Doctorum sententia. *per Novell. 131. c. 10. d. Clem. quia contingit. cap. 1. de censib. in 6. Pacichell. d. tr. lib. 3. cap. 5.* & quidem non tantum in illis, quæ illorum auctoritate sunt erecta, sed etiam in reliquis & privatis; *Pacichell. d. l. Flores Diez de Mena, lib. 2. quæst. 21. num. 180.* ibi: *Hodie tamen ex decis. concil. Trident. absque ulla distinctione Hospitalia sunt Episcopis subdita, quoad visitationem & executionem voluntatis fundatoris, & quoad redditiones rationum, & sic practicatur.*

## XLIII.

## XLIII.

In terris Evangelicorum Statuum jus etiam Hospitalia visitandi, spectat ad ipsos Principes ac reliquos Status A. C. Klock. *tom. 3. conf. 148. n. ult. ibi*: So haben Ihre Hochgr. Gn. und der o Râthe ermelten Rath zu heraußgebung und gebührlicher *Justificirung* jetzt angeregter Hospital-Rechnung billich anzuhalten / und sich darbey der Ober-*Inspection* und *Juris visitandi* billich zu gebrauchen. vid. Fritsch. *tract. de jur. visitand. cap. 3. num. 6. & 7.* Knipschilt. *de civ. Imper. lib. 2. cap. 3. num. 229. & seqq.* vid. Württemberg. *Casten-Ordn. pag. 351. §.* Wir wollen auch, & *pag. 358. §.* Und zu mehrer *inspection* der Spitalen, & *seq. ult. ibi*: Wir wollen uns auch hiemit diß unser *Casten-Ordnung* / nach jederzeit Gelegenheit / zu ändern / zu mindern oder zu mehrern / auch aus / als den Landes Fürsten / die ober *Pflegschaft* / und *Superattendentz*, über alle *Casten* / *Spitalen* / *ic.* allerdings vorbehalten haben. vid. *Chur-Sächß. General-Articul. 33. §.* Und weil. *ibi*: Und soll hinfort / beneben den verordneten des Raths / den Pfarrer daselbsten auch die *Inspection* und *Auffsehen* auff die *Hospital* / *ic.* *ibi*: Damit es jedes Jahr zweymahl den ordentlichen *visitationibus*, wie darinn Hauß gehalten / *ic.* & *§. ultim. ibi*: Sollen beneben dem Pfarrer / *ic.* etliche *Personen* aus dem Rath und *Gemein* geordnet werden, die oftmalß im Jahr die *Hospital* besichtigen und erkundigen / *ic.* vid. *Ord. Eccl. Gothan. c. 7. §. ult. ibi*: Daß die *Inspectores* der *Hospitalien* es nicht nur etwan bey einer ordentlichen *Jährigen* oder halb *Jährigen* / oder auch *Quartal-*

tal-

PROPOSITIONES JURIDICAE DE DOMICIL. PAUPER.

tal-Visitation deroselben betwenden lassen/sondern 2c. öffter/ und daß die Hospital-Vorsteher keine Gewißheit zuvor davon haben können/ solche Bsuchung verrichten. Und ob es/ so wohl der Speisung/als Zucht-Haltung, und sonsten darinnen gleich und recht zugehet/ fleißig auffmercken haben / und denen dießfalls befundenen Mängel bester massen remediren.

FINIS.



Diss. jur. civ. 240, 32.